Quis est aut̄ ille index cui⁹ officiū implorat̄ ut det hmōi licentiā. **R**ū. si quidē p̄ statuta edita ab his q̄ habet auctoritatē. hoc aliquibz est cōcessum illi adēndi sunt. **S**ed si de iure cōmuni loqm̄ur: tunc sicut ex pte eius p̄ quē repreſalie cōcedunt̄ reg ritur q̄ sup̄ioris copia haberi nō possit ut dictū ē. **S**ic ex pte cōcedentis repreſalias req̄rit q̄ sit talis q̄ sup̄iorē non habeat. qd̄ p̄bat. **N**ā cōcedere repreſalias est indicere bellū licet q̄n̄q̄ istud bellum nō indicat̄ vniuersalit̄ ex parte indicentis vel eius p̄ quē indicat̄. q̄ vni p̄mittit̄ alios capere. s. p̄ticula res homines. et sic indubie est p̄ticulare ex vtraq̄ parte. possit etiā esse vniuersale ex vtraq̄ pte. **S**ic bellum iustū nō p̄t indicere nisi ille q̄ superiorem nō habet. vt. ff. de capti. l. hostes. ergo nec cō

cedere repreſalias. et ita tenet. **I**nno. extra de resti. spol. c. olim. **E**x hoc sequit̄: q̄ si est aliqua ciuitas salte de facto que nō recognoscet superiorē. et regatur p̄ populi s̄m̄ suos ordines: q̄ potestas vel rector nō potest cōcedere repreſalias nisi aliquo statuto esset ei p̄missum sp̄aliter. deberet igit̄ adiri p̄ repreſalias cōcedēdis: ipse populus s̄ue p̄do vel cōsilium apud quē est omnis potestas. **I**tē ex p̄dictis sequit̄. q̄ si est aliqua ciuitas que subest alicui principi: seu regi: q̄ nec ipsa ciuitas: nec aliq̄s officialis regis potest concedere repreſalias. s̄ h̄i p̄ solus princeps. rex. vel dñs. **D**ico tūc q̄ in omnibz casibz de quibz dictū est s̄. q̄ sup̄ioris copia nō intelligit̄ baberi ex parte eius cōtra quē concedunt̄: in illis intelligendū est superioris copia nō haberi ex pte concedentis. et in illis casibz ciuitas subditā regi vel comes regi subditus possit cōcedere repreſalias. **S**icut enī in quibusdā casibz. ppter virginitē ne cessitatem. p̄mittitur aliquibz q̄ ius sibi vendicet̄. vt. l. ait pto. **S**i debitorē. ff. de his que in fratre. Ita in p̄posito ex dictis causis p̄t ciuitas vel dñs subdit̄ repreſalias cōcedere. q̄ sup̄ioris copia nō potest haberi. **H**ec Bar.

Quero de q̄ quotidiana. Concessē fuerūt repreſalias in ciuitate lucana cōtra florentinos. **A**odo quidē origine florentinus habitabat luce. **A**n possit ibi capi. **R**ū. **B**ar. in. l. prouinciales. de ver. si. refert. d. **A**nb. de rambo. disputasse hanc. q̄. et tenit iste q̄ nō. quia florentinus s̄ue de florentia dicitur qui ibi cōversat̄ in merat̄. vt. l. j. **S**. bestias. ff. de postulando. quia magis inspicim̄ accidēs q̄ originē. **B**ar. tamē ibi relinquit̄ hoc sub dubio et refert se ad notata q̄ eum in tractatu repreſaliariū. et ibi tenet opinionē predictam. dicens q̄ florentinus s̄ue de florentia dicit̄ qui inde est municeps. **E**t intellige de municepe. prie q̄ munera subit. **A**ut ergo habitat alibi. et florentie nō subit p̄ se vel patrem aut fratres munera. **E**t tūc si alibi moratur. tunc non dicit̄ florentinus. **E**t sic nō poterit capi: nec molestari. **S**ecus autē si florentie subiret onera. **E**t alia rōne assignat̄ **B**ar. ad hoc in. d. l. prouinciales. q̄ repreſalie concedunt̄ ppter delictum populi. **E**t id nō possunt concedi nisi contra illos de populo q̄ deliquerunt̄. **I**de tenet **Jac.** de bel. in autenticōt̄ nō si. pig. **A**d p̄dicta facit. quia qui non sentit cōmodū patrie: nō debet sentire incomodū.

Escriptum quid sit.

Rū. s̄m̄ **P**anor. in rubrica. extra eo. Q̄ rescriptum s̄m̄ q̄ capitulū in illo titulo. comprehendit priuilegiū et beneficium p̄cipue principiis. et alia rescripta que emanant ad iuris obseruantiam. **Q**uandoq̄ tamē sumit̄ p̄rie. et tunc rescriptum est illud quod princeps scribit ad iuris obseruantia. vt quādō cōmittit causam deciden dam inter aliquos. **P**riuilegiū h̄o cū princeps ali quid rescribit cōtra ius.

AQualiter aut̄ cognoscatur rescriptum a pri uilegio. **P**ic q̄ ex forma vtrinsq; et ex forma dicti minis.

Rescriptum

Tuis potest impetrare rescriptum. **R**u. fm. **D**ir.
li. iij. ti. viij. tā acto: q̄ reus & cōcūq; nō phibetur
impetrare pōt. **I**mmo & seruus impetrat. **L**. de
p̄ci. m̄pa. offe. l. vniuersis. etiā cōtra dñm in casu.
ff. de his q̄ sunt sui vel ali. iuris. l. iij. Prohibet aut̄
hereticus impetrare. **L**. de sum. tri. l. iij. Itē excoī-
tatus extra eo. dilectus. & de p̄ci. c. fi. iii. de excoī-
tatione sua & causa eiusdem mentionē faciat in re-
scripto. ex eo. ab excoītato. Nec valet ipso iure re-
scriptum vel. pcessus p̄ eū habitus: si ab excoīmu-
nicato sup̄ alio q̄ excommunicationis vel appella-
tionis articulo fuerit impetratum. extra eo. ipso iure
li. vij.

Tuq̄ si. procurator excoītatus impetravit l̄as
p̄ aliquo. nun qd̄ valeat rescriptum. **R**u. fm. **J**o.
mo. & **J**o. an. q̄ nō extra de p̄ba. post cessionē. q̄a
si. nō licet principali excoītato. p̄ se impetrare: nec
p̄ alio. Sed **A**rchī. intelligit de excoītato publice
sp̄etrante rescriptū. ar. de re iudi. ad. pbandū. q̄ si
erat occulens valet & tenet impetratio. ff. de offi.
pto. l. barbarius. & extra de p̄ciura. cōsulti. vbi hoc
tenet **H**o. **I**dez **J**anno. in. c. si vere. de sen. ex. **D**ic
fm. **J**o. mo. q̄ excoītatus excludit ab omni parti-
cipatione cōmunionis sicut deportatus. ff. de pe.
quidā. Ideo satis est q̄ detegi possit p̄sona infecta
excoītatione. qz. d. ca. ipso iure. loquit̄ indistincte.
Et ideo generaliter intelligi debet. Et alij loquunt̄
tur fm. antiqua iura q̄n rescriptū nō erat nullum
hannullandū p̄ exceptione. Et sic intellexerūt. c.
pia. de excep. lib. vij. vel q̄n erat ita secretū q̄ nullo
modo poterat. pbari. Qd̄ vez esset in iudicio con-
tentioso & nō in foro pnie. quia tale rescriptū in ve-
ritate nō valet. hec **D**ir.

Tan̄tē rescriptū emanans contra ius debeat
facere mentionē de illo iure cōtrario. **P**anor. in. c.
nōnulli. de rescrip. ponit op̄i. **J**o. an. que talis est.
Aut rescriptū habet clausulā derogatorā ad ius:
vt quia facit mentionē de iure illo. Et valet fm. eū
etiā si faciat mentionē p̄ verba generalia. Aut re-
scriptum nō facit mentionē de iure. Et sic: aut illō
ius habet clausulā derogatorā. Exemplū ibi
Et tenet nō valere rescriptum. Aut ius nō habet
clausulā derogatorā. Et tunc si emanat rescrip-
tum in forma priuilegij valet. licet nō faciat men-
tionem de iure. Aut emanat p̄ formā rescripti. Et
tunc aut motu p̄prō principis. Et valet fm. eū
per. c. si motu p̄prō. de p̄ben. li. vij. Aut ad instan-
tiā partis. Et tunc si ex certa sc̄ientia principis va-
let. Als securus. Sed. hec distinctio nō placet panor.
Nam quo ad primū dū dicit q̄ valet rescriptum
contra ius etiā si faciat generale mentionē. Nam
hoc videſ contra illum ter. vbi requirit expressam
mentionē. Et ideo dicere sic. q̄ aut ius habet clau-
sulā derogatorā: Et tunc seruia formā daram in
illo iure. Nam si requirit speciale mentionē. nō
sufficit generalis. h̄ debet esse specialis: salte p̄ ver-
ba eq̄ipollentia. Enī limitat **P**anor. vt notabili-
ter. voluit **B**al. post **L**y. in. l. humanū. **L**. de legi-
bus. vt pcedat in rescripto. Secus in constitutio-
ne. Nam constitutio cōtra constitutionē valet: fa-

cta mentione generali de constitutione contraria.
vt si dicatur. nō obstante quacunq; cōstitutione
in contrariū. ad hoc cle. dudum. de sepul. quia cō-
stitution emanat cū maiori maturitate q̄ rescriptū
Aut ius nō habet clausulā derogatorā. Et tunc eo
casu quo est fienda mentio. Quod quādo sit: sta-
tim diceſ. Et tunc nō sufficit mentio multū gene-
ralis. vtputa. nō obstante quacunq; lege. nec req̄ui-
ritur mentio omnino specialis. h̄ satis est q̄ dicas
Non obstante quacunq; lege que in contrarium
loquitur. Ita voluit **B**al. concordando multas
glo. iuris cūlīs in. l. fi. **L**. si cōtra ius. Et hoc quo
ad primū. In secundo mēbro voluit **J**o. an. q̄ si
ius habet clausulā derogatorā. non valet recri-
ptum sub quacunq; forma concessum: nisi faciat
de illo iure mentionē quod est notandum. Terciuſ
memb̄z est. q̄ priuilegium contra ius nō habens
clausulā derogatorā valet. Dubitat **P**anor. an
hoc sit verum. Et potius credit oppositū. p. c. ex
parte. de capel. mo. vbi dicit q̄ si papa confirmat
prioratum religioso clauſtrali nō valet. non facta
mentione de iure contrario. Nam sepe priuilegia
emanant contra ius ex nimia occupatione princi-
pis. vel propter nimia importunitatē potentium.
Et ideo n̄ satis mentio de iure saltem in genere.
non plūmitur princeps velle concedere cōtra ius
Et hoc sentit **B**al. in extrauaganti. ad repamen-
da. Et ideo alibi dicit glo. q̄ no valet legitimatio
spuri facta per principem. nō facta mentione de
iure. Quartum membr̄z. q̄ rescriptum emanans
contra ius motu p̄prō valet. licet non faciat men-
tionem de iure. Dubitat **P**anor. an hoc sit verum
quia motus p̄prō solum excludit surreptionē
non autē ampliat gratiā contra intentionē conce-
ditus. vt notatur in dicto capitulo si motu p̄prō
Sed de mente principis nō est concedere aliquid
contra ius: nō facta mentione de iure. vt in dicto
capitulo ex parte. Dicitū tamen **J**o. an. forte serua
retur in practica. Predictis obſtare videtur. ff. de
excu. tu. l. idem vulpianus. vbi dicit ter. q̄ si prin-
ceps sciens aliquē esse rutorē dedit sibi licentia
mutandi domiciliū. videtur eū absoluere a tutela
licet de ea nō fecerit mentionē. Et ex illa. l. colligit
notabiliter ibi **B**al. q̄ tantū valet certa sc̄ia q̄ntū
dispensatio. Et pondera q̄ non loquitur. q̄n in re-
scripto siebat mentione de certa sc̄ientia h̄ satis est q̄
princeps sc̄iebat illum esse tutorē. Et multi legiste
per illum tex. solent dicere q̄ si princeps scient p̄
mouet indignū. vel aliqd̄ facit cōtra ius. videtur
dispensare. Et pfecto illa lex nō facit ad qd̄ allega-
tur. Non enim loquit̄ in priuilegio contra ius. sed
quādo absoluīt aliquē ab onere tutele. & in facto
particulari. Et sic est illud potius quoddā benefi-
cium absolutionis ab onere q̄ priuilegiū contra
ius. Et hunc intellectū sentit **B**al. in dicta extra-
uaganti. Aliud mēbr̄z est q̄n rescriptū emanat ex
certa sc̄ientia. Et tunc valet contra ius fm. **J**o. an.
Sed **P**anor mitamus multipliciter limitat ut ap-
paret ex supradictis. Et addit notable dicitum
Bal. in dicta extrauaganti q̄ vbi rescriptū ema-

nat contra ius et in favorem reipublice. valet. licet non faciat mentionem de iure. Et tunc videat dispensatum contra ius. Secus si emanat in favorem priuatae persone. Ratio diuersitatis est. quia iura habent clausulam derogatoriam in rescripto quando emanant in favorem priuati. ut in l. rescripta. L. de p̄ci. impera. of. Item plurimū tunc rescriptū surrepticiū vel emanasse ex nimia occupazione principis. Secus si in favore publici. Et predicta bene notabis. q̄ nō habes in aliquo loco ita bene discussa. hec Danor.

Quid si princeps mandat revocari quicq̄ factū est vel immutatur in tali causa. An legitime factū revocari debet. Nūdē q̄ tale rescriptū dī intelligi in facto mun̄ legitime nō de eo qđ erat factū legitime. p̄ hoc tex. notabilis in. ca. audita. de resti. spo. Mā eti nō liceat de p̄tate cōcedentis rescriptū disputare. q̄ esset crimen sacrilegij. S. q̄ autē. xvij. q. iiiij. tñ de scia et voluntate ipsi scribentis licitū ē disputare et in hoc p̄t haberi interptatio. q̄ impe. rator. qñq̄ errat. l. iij. ff. de sup. le. vide ad hoc glosa singularē. in. c̄ p̄terea. xiiij. di. Et ad. c. j. de consti. li. vi. nūdē q̄ illud est ver. p̄ interpretationē. q̄ oīa iura princeps p̄t interptari. Et lic rescripta recipiunt aliq̄i interpretationē iustificatinā. vt in casu pdicto. aliter videre ip̄m sensisse iniquū.

Nū autē rescriptū valeat. et que opponi possint cōtra illud. Dir. dicit q̄ ad hoc q̄ rescriptū teneat nihil dī supprimi ex his q̄ mouere p̄nt anūm̄ p̄n. cipis ad dandū rescriptū vel denegādū. Et p̄mo quidē series facti ē exprimēda. eī de coba. cle. sup. eo. Itē p̄cessus cause. eī de re iudi. Inter monasterium. Et si p̄ suggestionē falsi vel suppressionē ve. ri rescriptū fuit impletū. tollit ex eo. sup literis. vbi pe. de sap. notat sex regulas. Prima ē. q̄ ille q̄ p̄ fraudē et maliciā literas impletuit. et exp̄ssit fal. sitatē. nullis comodū ex ip̄sis līris p̄sequit. vt in. d. c. sup līris. H̄cōa est q̄ q̄ p̄ fraudē et maliciā suppi. mit veritatē. careat penitē impletatis. eī ex eo. ad au. res. et de p̄ben. nō p̄t. li. vi. Tercia ē. q̄ ille q̄ per simplicitatē et ignorantia impletat et exp̄mittit al. lē falsitatē q̄ si ess̄ supp̄ressa. papa in forma cōmuni nūbilomin̄ līras cōcessisset p̄t petere. vt index de. legatus fm ordinē iur. in causa p̄cedat. licet non fm formaz in līris concessam. extra eo. ex insinua. tionē. Quarta q̄ qui supprimit veritatē vel occul. tat. Iude potest p̄cedere fm formā iur. non fm formam literarū. lxxij. distinc. ex antīq̄s. quia si ex. p̄cessisset. papa nū bilomin̄ līras cōcessisset. Quinta q̄ si aliq̄s līras impletuit p̄ exp̄ssionē fallitatis q̄ tacita. papa nunq̄ līras cōcessisset. p̄ eas iude nū latenus p̄cedat. ex eo. si. p̄ponēre. Sexta ē. q̄ q̄ im. petrat līras et supprimit veritatē. quia exp̄ssa nō de. disset līras. delegat̄ nō p̄cedat p̄ easde. quia eadē ratio q̄ mouet delegantē. dī mouere et delegatum. Et sicut delegans suas līras denegaret. Ita dele. gatus sue cognitōis effectū nō interponat. ex eo. sup literis. et c. sciscitatus.

Sed quō poteris scire qñ tacita veritate. q̄ sup. pressa līre nullaten̄ haberet. Nū fm lpo. xxvij.

casus ex his versib⁹ cōphende. Si lex p̄nata. si di. spensatio pactū. Vel si rescriptū. sententia. sine sta. tutū. H̄aze nobilitas. ac appellatio causa. Titulus. series. p̄fessio certa. Paupertas. facti posseditio līsc̄ pendens. granamē. Gratia. venditio. pater. ac exceptio ciuis. Clausula. firma fides. h̄ bis iun. ges anathema. Finis tolletur. nūl mentio facta. p̄. betur. Si lex p̄nata. i. p̄uilegiū qđ habet ille cō. tra quē impletat rescriptū tollit rescriptū nūl face. at mentionē de p̄uilegio primo. extra de p̄scrip. veniens. Si dispensatio sit facta sup hoc. extra de filiis p̄sby. ex tua. Pactum. si p̄cessit rescriptū vel p̄uilegiū. extra de deci. ex multiplici. vel pactū sit secutū. de pac. quia ex eo. li. vi. Vel si rescriptum. aliud fuit primo impletanz et ostensum. extra eo. c. iij. et. iii. Sententia fuit lata sup hoc. sup quo im. petravit rescriptū. ar. extra de fide instru. inter di. lectos. Sine statutū. sit sup hoc factū. extra de cons. ti. cuz accessissent. H̄aze nobilitas. extra eo. sedes. Ac appellatio. sit sup hoc facta ex pte sua. ex eo. ex pte vel ex pte aduersarij. eī de confir. vti. c. bone. Clausa. l. excommunicatio. Et si plures sunt. om̄nes debent exp̄zimi. extra de offi. or. ex parte. Aut hominis meta. i. terminus appellationis. p̄sequē. de appositus a parte. qui p̄ueniri nō potest. extra de ap. sepe. Vel cōfirmatio pape. extra de cōstitu. ex parte. Processus cause. qui ex p̄mū debet. extra de re iudi. inter monasterium. Titulus. sc̄ beneficij quē tacuit. quātūcumq̄ minimū esset. extra eo. postulasti. Series. l. seriem facti et totum p̄cessunz debet rescriptum continere extra eo. d. lectus fili⁹. Professio certa. i. vtrum sit clericus vel laicus. ex. tra eo. cuz ordinem. Paupertas. l. an sit diues vel in dignitate positus. extra eo. ad aures. Facti posseditio. i. cum aliud de facto. nō de iure possidet. ex. tra de p̄cel. p̄e. literas. Līsc̄ pendens. extra ne lit. pen. dilectus. H̄auamen. quia ex quo auctontate d. pape aliquis receptus est in aliqua ecclesia. ob. stat exceptio secundū impletantim̄ de receptionē primi fecerit mentionē fm. Her. et Hostie. extra eo. mandatum. Gratia. i. si iam receptus est in ali. qua ecclesia dicto capitulo mandatuz. Venditio. sc̄ rescripti sibi concessi a sede apostolica. pro pen. sione quā rexit. extra eo. ad audiētū. Pater. id ē. qui ministravit in ecclesia quā filius impletavit. extra de fi. presby. c. iij. Ac exceptio. l. proposita in iudicio. extra de p̄ci. in nostra. Līuis. quia de ci. uitate et dyocesi fienda est mentio. extra eo. signifi. cante. et capitulo rudulfus. Clausula. extra eo. cuz dilecta. vbi non valet rescriptum. iij. quia nō facit mentionem q̄ articulus fuisse in primo rescripto insertus. Firma fides. l. sacramentū de quo nō fa. cit mentionem. extra eo. constitutus. Item fides interposita. ar. extra de consti. ex literis. Sed his iunges anathema. quia si tacet excommunicatio suam nō valet. extra de p̄ci. e. fi. nūl sup defensione vel appellatione p̄ excommunicatio impletetur. extra eo. ipso iure. li. vi. Finis tolletur. nūl mentio facta. p̄. betur. id est rescriptum post predicta impletatum.

Restitutio. I.

non valebit: nisi de predictis faciat mentionem. Adde predictis vnu semp menti tenendu. et non est alibi ita expressum quod notat Panor. in. c. constitutus. extra eo. ubi p. tex. illum coelredit quod surreptio viciat gratiam ipso facto etiam si cōstat in tacendo factum alienum. quod impetrans probabiliter ignorat. Nam impetrans de quo ibi poterat probabiliter ignorare statutum numeruz ecclie maxime si statutum emanavit; dum ipse finisset absens. Et ratio huius dicti potest esse. quod in consideranda validitate gratiae non aduentum ad culpam impetrantis. sed potius ad intentionem concedentis. ut in. c. postulasti. extra ead. Si autem papa sciuisset statutum concessisse etiam per momentum. non dedisset saltē ita defacili literas per quas infringere statutum ecclie. hec Panor. ibi. Potest ergo fieri coelus quod omne tacitum: quo expresso papa non concessisset vel non ita de facili: viciat gratiam vel privilegium. licet securus sit in literis ad lites fīm eundem Panor. in. c. quia circa. de cōsang. quia ex surreptione non sunt ipso iure nulle. sed p. exceptione annullande. ut in. c. cetero. et in. c. plerique. et in. c. si autem extra eo. Adde predictis quod notat ge. in. c. si motu proprio. de p̄ben. li. vi. quod licet motus proprio excludat oēm surreptionem. non tamen tollit vicia. nec ad beneficia personā illegitima habilitat. unde non tollit defectum natalium vel etatis viciū et similia. que licet per viam surreptionis non possint opponi tamē per viam iuris cōmuni bene possunt: cum prius motus non faciat dispensationem talium. Et dicit aliud notabile quod certa scientia principis. per testes. probari potest etiam si non exp̄imant in literis. Hecus dicit de motu proprio. vi. probari non possit per testes. licet aduersarius velit probare quod ad instantiam alterius hoc fecerit papa. non audiatur. quia illud esset arguere papā de mendacio.

¶ Quid autem si papa motu proprio dispensat vel aliam gratiam concedit nunquid falsitas p. impetrantem expressa. habeat viciare gratiam. Rū. panor. in. d. c. quia circa. refert aliquos dubitasse. Sed ipse simpliciter tenet quod si est tale quid. quo tacito vel non existente. papa gratias non concessisset: tunc viciat: quia licet motus proprio excludat surreptionem. Et dicitur est. non tamē confirmat gratiam contra intentionem concedentis. ut notabiliter sentit Tho. in. d. c. si motu proprio. et vide glo. notabilem ad hoc. in. cle. si romanus. de p̄ben. que dicit quod motus proprius nihil operatur ultra casus in iure expressos.

Restitutio. I. cōmuni/ ter. Ut sit de necessitate salutis. Rū. fīm Tho. in. iiiij. dist. xv. quod sic. quia sicut auferre alienum est peccatum mortale. quia contra pceptum diuinum negatiū. s. Non furtum facias. Ita et tenere alienum. Et ita sicut est necessarium servare pcepta negatiua. ita necessarium est non tenere alienum domino inuito. Et per cōsequens vel actu statim restituere vel saltē velle reddere: cum fuerit opportunitas. sic tñ quod dilationem petat ab eo quod potest vsum rei concedere fīm Tho.

¶ Et pro p̄dicto declaratione distinguendum est quod aut debitor est in articulo extreme necessitatis. aut non. Primo casu. non tenet ad restitutionem quia in extrema necessitate omnia sunt cōmuni. Lj. S. cum in eadē. ff. ad legem i. o. de iac. Tho dicit Tho. ubi supra quod si detinens rem alienam est in extrema necessitate. tille cuius res est non. sed habet aliqua cōtra extrema necessitatē: quod ista res est detinens iure poli: quod in extrema necessitate articulo. ad p̄indem necessitati nature et via omnibus extrema necessitate detentis est cōcessa. ut in. c. ex. de v. li. vi. Si autem ambo sunt in extrema necessitate. Si prius deuenit dīs ad eam: debet reddi domino duplice iure: tū quia prius suū. tum quia ex ista necessitate factū est iū. Si vero prius deuenit detinens: factū est suū. Et tū domino post deuenienti ad istam necessitatem non debet reddi. quod cessauit dominū eius in re ista et factū est alterius iure poli. Si autem ambo simul deueniantur: dicimus quod debet reddi domino. quia nūnq̄ excedit a domino. p. hoc facit quia duobus concurrentibz. p̄ualeat quod potius est. ut ff. de sta. bo. l. querit. Subiungit Tho. quod si detinens deueniat ad pinguorem somnam tenet restituere: quādō occupauit cessante extrema necessitate. sed si nūnq̄ ante extrema necessitatem occupasset: tunc in se simpliciter occupauit se rem suā. nec ad aliquā tenetur restitutio: hec ille. Idem habes supra furtū. licet quida dicant contra. Sed dictu Tho. videtur equius: p̄sertini quando talis res est consumpta. Secundo casu. quādō debitor non est in articulo extreme necessitatis. Et tunc aut restitutio est certa aut incerta. Si incerta. ut quia non inuenitur creditor: vel eius heres: restitutio est fienda pauperibz in. c. cum tu. de usuris. Et tunc debitor: impotens potent libere se ponere in manu episcopi vel penitentiari fīm multos: qui poterunt si eis fīm dēn videbūt exp̄ire relaxare debitum in totum vel in partem. vel p̄bere dilationem ut paulatim eroget pauperibz. Si autem restitutio est certa. ut quia scitur vel sciri potest persona cui debet fieri. tunc si debitor est in tanta necessitate et creditor in tanta facultate quod teneretur debitori per elemosynā subuenire: debitor non tenet ad restitutio: Nam hoc casu ipse creditor teneret retroreddere. Itē generaliter debitor non tenetur ad restitutio: et eo casu quo creditor deberet sibi nolle fieri restitutio: ut dicit Tho. ubi supra ubi subiungit exempla dicit. debet enim vele quilibet sibi restitutio: non fieri quādō esset in p̄indicium cōmunitatis vel recipientis restitutio: quia debet velle bonum suū et bonū cōmune. Debet enim velle non fieri restitutio: quando esset in diffamatione restitutio: tis. quia debet velle magis famā proximi: quod illud modicū suum statim. Consimiliter debet magis velle quam vitetur magnū incomodū proximi restituentis quod modicū incomodū suū vel nullū in illa modica dilatione restituentis. Ex his sequit. quod quādō restitutio dānosa reipublice vel ei cui sit vel diffamativa restitutio vel nimis notabilis dānosa. non tenet ad

statim restituendū: sed sufficit q̄ statim ex affectu restituat: & q̄ actū restituat cestantibus inconvenientiis hincinde. Et ex predictis etiā subinfert q̄ quādo ablato fuit occulta: tunc nō tenetur ablator: se prodere, nec p̄ cōsequēs per seipm̄ restituere sed per aliam psonam secretam & fidelem. Et expedit q̄ per confessore quia sibi est crimen detectum per p̄fessionem. vide diffuse de ista materia infra.

Restitutio vltimo.

R Quid si precipit a confessore q̄ statim restituat. An nō parent peccet mortaliter? fm. de May. in.iii. dicit q̄ sic, quia preceptū de non retinendo alienum obligat semper & ad semper; quia est preceptum negatiū. Hoc dictum potest intelligi q̄ peccet mortaliter nō ratione iniūctōnis facte a confessore: sed respectu precepti diuini ratione cuius tenetur restituere; etiam cessante mandato p̄fessoris. Non autē est intelligendū q̄ ratione iniūctionis a confessore facte ille incurrit nouum peccatum mortale vt dicit He. de pal. in.iii. & archi. flo. Nā fm̄ eos tripliciter potest confessio: aliquid iniūgēre penitenti, uno modo p̄ modū cōsilij & exhortationis, vt q̄ quotidie oret et elem̄osynas faciat; et ad hoc nō tenetur. Secūdo modo per modū declaracionis cōmuniis obligatiōis, vt q̄ omni anno cōsiteat; cōmunicet in paschate restituat alienuz. Et sic non incurrit nouū peccatum inobedientie. Tercio per modū satisfactionis specialis p̄o cōmissis. Et ad istam tenetur ex precepto. Et hoc verū pro peccatis mortalib⁹, non autē venialib⁹; nisi forte ex contemptu.

R quis autē teneat ad restituionē. Rūdeo fm̄ Sc̄o. vbi s̄. q̄ dāmnificans tam p̄incipalis q̄s fautor: tam bonū anime q̄s corporis q̄ fortune & famie. unde p̄mo dicet de dāmnificatiōibus in bonis anime. secūdo in bonis corporis. tercio in bonis fortune. De dāmnificantib⁹ autē in bonis fame. vide s̄. Detractio.

Restitutio.iiij.

De dāmnificantib⁹ in bonis anime.

R Quid si quis retraxit aliquē a religiōis ingressu. Rūdeo fm̄ Sc̄o. in.iii. di. xv. q̄ si q̄s retraxerit aliquem iam obligatum ad religiōne ex p̄fessione, tenetur ad restituionē. sc̄ agere debet q̄ ille redeat. Si non p̄t tenetur ipse intrare si est persona idonea religiōni: vt sic satisfaciat bene viviendo religiōni. & orare pro conuersione auersi: vt Ray fecit. Si vo aliquem dispositum ad intrandum retraxit ne intraret. si hoc fecit animo consuendi proprie utilitati. puta quia filius & sustentabat eum. vel quia intrans dabat omnia sua religiōni que als sperabat ipse habere vel huiusmodi. Et tuc nō tenetur religiōni: si hoc facit sine fraude vel suggestione alicuius falsitatis. Si vo hoc facit animo nocendi religiōni: tunc tenetur etiam religiōni nō ad equivalens: sed ad aliqualem inducitonem alterius equivalentis. sc̄ ad ingressum religiōnis alterius. quia interest inter habere & prope esse. Conco. Rich. in.iii. dist. xv. dicens q̄ retrahens personam utilem religiōni ab ingressu reli-

gionis intentiōe dāmnificādi religiōne tenet illi religiōni ad interesse ad arbitrium bonorum virorum. Si autem hoc faciat non propter hoc sed vt consular proprie utilitati non tenetur religiōni ad aliquam restituionē; sed p̄sonae cuius p̄fectorum spiritualiter impediuat tenetur in spiritualib⁹ face re restituionē quā p̄t.

R Otrum inducens aliquem ad peccandum cōsulendo. suadendo. &c. teneatur restituioni. Rūdeo fm̄ Sc̄o. vbi supra q̄ sic modo sibi possibili. sc̄ inducendo eum ad penitentiā efficaciter & actus virtuosos. Et si sola inducō non sufficit quia facilē est peruertere q̄ cōuertere; tenetur et p̄ se orando & per orationes aliorum impetrare sibi conuercionem; dūmodo illis peccatum non pandat. Aliq̄ talis non possit digne satissimē tamē iurta inculcū p̄fessoris ei est aliqua satissimē iniūgēda.

R Otrum seducens vel desolorans virginem: teneatur ad restituionē eam ducendo. vide supra Adulterium.

R Otrum dāmnificans alium in bonis anime vel corporis ex fraudulentō consilio: teneatur ad restituionē. Rūdeo fm̄ Rich. vbi s̄. q̄ sic. Et dicit q̄ appellatiōe fraudulēti consilio continet malum consiliū datum ex ignorantiā q̄uis bonū cōsilium dare crederet: si debitā diligentia non adhibuit ad sciendū: q̄ negligētia crassa p̄e dolū ē. De hoc vide s̄. Iduocat⁹ & Jūdex. i.

R An autē sacerdos absoluens aliquem a peccato a quo nō p̄t absolvi. teneatur ad restituionē. Rūdeo fm̄ Sc̄o. vbi s̄. q̄ non tenetur tamē ei notificare q̄ non potuit eum absoluere. Peccat tamē mortaliter fm̄ Rich. de quo vide s̄. Confessor. i. Intelligat tamē predicta si talis confessor ex ignorantia absoluere. Secūs si scienter et penitens partus fuisse restituere: si quid restituendū erat. Nā erquo dat causam efficacem ad non restituendū videtur teneri. Idem si absoluisset ex ignorantia crassa vel supina vel affectata.

Restitutio.iiij.

R bus in bonis corporis: et ad quid teneant. Nic fm̄ Sc̄o. in.iii. dist. xv. q̄ aut intulit vltimū dāmnū. sc̄ mortē aut extra mortē. Et istud est duplex. sc̄ remediable & irremediable. Exemplū mutilatio est irremediable: q̄ impenedit ex toto actuū humanū: qui cōpetit homī fm̄ illud membrū. puta abscedit manū dexteraz. Remediable vo sine curabile est: vt vulneratio vel alia lesio curabilis. Si in mutilatiōe hoc dupliciter vel q̄ enomis q̄ ex toto impedit aliquē actuū hūnū qui cōpetet homini fm̄ istam partē am: putat: vt in amputatiōe manus dexterere: vt dictū ē vel non enomis. i. nō impediēs actuū humanū vt est amputatio digiti vel ptis eius. Pro primo dāmno. s. vite ablaciōe regulari in multis cōitati bus secura est lex talionis: vt bonifida moriatur. Et rōnabilitē q̄ hoc nō solum cōpetit fm̄ legem mōysi. s. etiā rōne naturali approbatū in. l. euāge. lica. Math. xxvij. Dēs q̄ gladiū accep. &c. Si autē hec pena nō sit sibi statuta vel forte aufugit. vel eff.

m m

Restitutio.ij.

occultū: vel habuit gratiā a principe: tenet ad restitutio[n]ē facienda[re] specialē equivalentē vite quam abstulit. Hic ut p[ro]t[er] eē equalētia i talib[us]. Nec hoc solū sufficit sed si interfec[er]t sustentabat aliquē s. patrē & matrē vel p[ro]inquisos: tenet interfector: omib[us] illis ad tantā restitutio[n]ē quātū illis abstulit p[er] interfector[um] illius p[ro]sone. Et q[uod] vir posset aliq[ui]s compensare digne p[er] actiones id q[uod] abstulit homicida expediret s[ed] r[ati]o aie talis q[uod] solueret p[er] passiōes voluntariās & huiusmodi. In alia v[er]o damnificatōe s. p[er] mutatiōne enormi vel non enormi. cōmunit non est instituta i eccl[esi]a restitutio nūl pecuniaria. Et illa debet correspondere nō solū danno q[uod] incurrit quis p[er] mutilationē p[er] toto tpe futuro quo v[er]sus esset q[uod] mēbro isto abseliso. sed etiā expensas expositas in curatōne extra de iniur. c.j. et sumū. A[ct]o. xxj. Tē debet correspōdere restitutio cōsolatiōni ipi[us] afflicti q[uod] p[er]petua est sibi desolatio de tali mutilatiōne. Plus autē ē ponderāda mutilatio pauperis q[uod] diuitiis: q[uod] magis indigebat p[er] abscisa ad victū necessariū acquirendū. Et ideo plus fuissest v[er]sus p[er] illa ad necessaria p[er]curāda. licet ex alia p[er] sit aliq[ui] p[ro]ditiō p[ro]p[ri]etatis s. d[omi]nitas p[ro]sone. Sed hoc p[ar]tē respectu p[ri]me p[ro]ditiōis.

// Quid autē si statim obiit & nulle facte sunt terpē le: Rū. Spe. in ti. de iniur. dīc q[uod] tūc extimabunt ope: quib[us] heres cariturus est. Mā forte erat pelliparius vel mercator: sed si p[er]cessus mortuus: vel mutilatus nō fuerit: in lecto tamē iacuerit. operas eius amissas & expensas i medicos factas & medicinas restituet q[uod] p[er]cessit. d.c.j.

// Sed v[er]o ad quoc tempus extimabunt ope: re quib[us] cariturus est: Rū. idem q[uod] v[er]o ad tempus quo verisimile ē illi occisum viuere potuisse: iuxta extimatōe legis. ff. ad. l. fal. l. hereditatū cōputatione.

// Quid autē si nullam habebat artem: Rū. Spe. vbi s. q[uod] extimab[us] interesse. Idem dic de eo qui alium lexit in bonis naturalibus. vt quia eum deduxit ad amentiā. vel infatuacionē vel huiusmodi. Nam tenetur primo veniam petere: per se vel per alium: si est occultum. Postea tenetur sat[us] facere plus vel minus fīm culpam offendentis & dama q[uod] lesō vel alijs p[er]ueniūt ad arbitriū boni viri. iuxta notata in c. de causis. de offi. del. vbi habet q[uod] vbi pena nō ē taxata a iure p[er] aliquo crimine standū ē arbitrio boni viri. q[uod] facit ad multa.

// Sed quid si aliq[ui]s occidit aliquē necessitate inenitabilis: Rū. fīm doc. in cle. si furiosus de hōi. q[uod] si necessitate inenitibili q[uod]s mutilat v[er]o occidit: nullam penā meref nec irregularitatē incurrit. Et hoc vide s. Homicidiū p[er] totū. vbi multa que faciunt ad hoc. Si autē nō fuit necessitas inenitabilis: q[uod] als fugere poterat sine p[ic]culo vite sue: & tū occidit illū qui aggressus ē enī. tū nō tenet ad tantū sicut dictū est p[er] ius de maliciose occidēte vel mutilante. sed ad arbitriū boni viri fīm quātitatē culpe & mo[der]at[us] & an ip[er] dederit cām isti insultui. puta q[uod] iuerat de nocte ad querendū quādā iuuētē & iuuentus a parentib[us] puelle aggressus ē. Nam hoc casū ad plus tenetur ad arbitrium boni viri q[uod] si non

fuissest in culpa. Idem dic in primo membro huius questiōis. Nam licet coangustat[us] & aggressus necessitate inenitibili aggressoriū iuum occidat tamē si ob culpā suā venit ad hoc: vt quia ibat de nocte tenerat ad resarcendū dāmnum datum heredibus p[er] iuste occisi ad arbitriū boni viri.

// Quid cum in criminē lese maiestatis ex sola scientia quis tenet nūl reuelauerit: vt in l. quisquis. L. ad. l. in l. maie. Pone q[uod] quis sciat tamen non potest pbare. An eum puniens sit homicida. Nec questio his diebus accidit in facto. Rū. fīm Joh. de pla. in insti. de pu. iudi. q[uod] sic. Nam illud quod dicit q[uod] ex sola scientia quis teneat intelligitur quādo scientia ē probabilis. per. l. qui accusare L. de edendo. Ad quid enim tenetur quis reuelare quod nō potest pbare. Certe nemo tenetur subi[ci]ere se tormentis que hoc casu delatori infliguntur. L. iii. L. ad. l. iiii. m. iue. nec subi[ci]ere se squalori carceris. L. de accu. l. si. Nulla est enim culpa in discrimine vite se nō pouere. Qui ergo solum audiuit & non reuelauit: q[uod] probare nō poterat imunis est a delicto per tex. in. l. nostris. L. de calum. Et idem dicit consuluisse B[ea]t. in quodam suo psilio quod incipit. Q[uod] y allegata sint multa tē. Qui etiam dicit q[uod] officiales eunt per officia & occidentes homines propter solum non reuelare secretum non probabilē: omnes sunt homicide. Et per p[ro]sequēs tenentur ad restitutio[n]ē. de qua supra in primo casu. Item homicide sunt officiales et tenent ad restitutio[n]ē omnū dāmnum qui sine indicis ponunt ad torturam homines qui metu tormentorum confitent[ur] delicta per eos perpetrata et qua confessione post nodū suspendunt. De hoc vide s. diffuse. Confessio judicialis.

// Quid autē de confiscatione honorū cōmittentium criminē lese maiestatis tam diuinē q[uod] humane. quia ipso facto bona eorum sunt confiscata. An talia cōmittentes possint bona sua retinere: presertim si talia delicta sunt occulta: Dic q[uod] cum bona conscientia possint illa retinere donec sententia secura fuerit super facto p[er] iudices competentes: vel donec fuerit lecta sententia: saltem declara tūta. De hoc vide diffuse s. Absolutio primo. in excōicatione de insecuritorib[us] cardinaliū.

// Quid de seditionib[us] & conspiratiōnibus que fiunt quotidiē in ciuitatibus vbi sunt partialitates per quas vna pars conspirat aduersus aliam deponendā: & statim assumendum. An cadat in criminē lese maiestatis vt sic bona publicentur et alie pene. d[icit]ra. l. quisquis vendicent sibi locum. B[ea]t. in. l. fallaciter. L. de aboli. dicit q[uod] si hoc fit ut eruantur ciuitas de subiectione imperij aut pape: tunc est criminē lese maiestatis. Si autē fiat propter deponendū regentes. tunc est criminē seditionis. Et licet sit capitale naturaliter vel ciuitatē fīm conditionē p[ro]sonarum. vt notatur in. l. j. L. de sedi. tamen non infligit omnes penas pro criminē lese maiestatis impositas nisi fieret in vbe romana. vt voluit glo. in. l. j. ff. ad. l. iiii. maie. in ver. in vbe. Et per hanc distinctionē concorda. glo. q[uod] videntur contrarie. Quādo autē ciuitas dicat

Restitutio.iiiij. **Fo.** CCVII.

**delinqüere vel homines ciuitatis. vide notabilitate
supra Absolutio. i. in excommunicatōne de insecuri-
tatez episcopoz.**

¶ Quid autem si quis committit proditionem contra
vnum ex istis tyannis italicis; qui hodie regnant.
Nonquid habet locum pena lese maiestatis? Re-
spondet. quod aut non recognoscit superiorem. Et tunc
habet locum et de eo ut de principe est iudicandus.
Aut recognoscit; ut quia est vicarius imperij. et tunc
licet crimen lese maiestatis habeat locum. ut dicta
l. in ver. cuiusvis opera. non tamē pena incapacita-
tis extēditur ad filios sibi. in dicta l. quisq[ue]
Nota tamen quod crimen lese maiestatis committit a
subdito tunc. iuxta notata in clementi. pastoralis. de
re iudi.

Sed querit cum quis possidet iniuste aliquā cūitatem vel castrū; quia usurpauit a vero & legi-
timo domino: si subditus talis iniuste possessoris
vel alius occulte opere ut amittat talem cūitateē
vel castrum ut verus dominus illam vel illud ha-
beat. an peccet vel incurrit crimen lese maiestatis
Rūdet Archi. flo. in sum. q̄ aut hoc facit ex cupi-
ditate vel odio aut zelo iusticie. **S**i primo casu: q̄a
inde consequit̄ premiuī temporale ut fieri cōsuevit
in huiusmodi. nulli dubium quin peccet mortali-
ter: quia procedit ex radice infecta: & ideo nō pōt
sequi nisi fructus mortiferus damnatōnis. **N**on
tamē tenebitur ei qui iniuste possidebat. **S**i autē
ex zelo iusto mouetur totaliter: vel etiam principa-
liter: secūdario tamen sperat inde consequi aliquā
remunerationē temporalē nō videtur peccare: q̄a
quilibet debet primum iuuare ex charitate sicut
in psona ita & in rebus. **E**t hoc quādo verus & le-
gitimus domin⁹ nō potest alio modo recuperare
cūitatem suam vel castrū p̄ alium supiorem. et ex
tali p̄ditione verisimiliter creditur nō sequi scan-
dalum vel mortē alicuius. **S**ed si hoc fieri nō po-
test sine mortibus hominū & perturbationibus &
scandalis aliorum. nullo modo hoc attemptādūz-
et. **V**nde Ambro. si nō potest alteri ihuemiri: nūl-
alter ledat. melius est neutrū iuuare q̄y grauare
alterm⁹. xiiij. q. v. deniq. **S**ed quia quasi raro vel
nūlq̄ ista fieri possunt sine morte hominū & hu-
iūsmodi. ideo nemini p̄culendū nec p̄dicandū.

¶ Quid de dominis terrarū qui exceccat vī militant homines ppter lepores. ceros & huinsmodi que capiant contra eorum voluntatem? **R**espōdet Astēn. li. v. iii. xxii. q̄ mortaliter peccant si faciunt libidine vindicte aut amore huinsmodi animalium aut libidine venandi huinsmodi animalia que nullius hominis sunt. aut si ppter unicum actum hoc faciant: cum nō debet ita severe pcedere nisi contra consuetos ad talia. **A**redo etiā q̄ si sit consuetudo loci illius q̄ pro vno actu tanta pena infligat: consuetudo est iniqua; nec obseruanda. & obliernates ea mortalit̄ deccat.

Restitutio. iiiij. *Derestitutione
dominorum et officialium.
N*onrum is qui ex assumpto officio te-
netur alios defendere. teneat ad satisfaciendum

damna enuenientia eo q̄ notabili incuria vel negleg-
gentia eos nō defendat; **R**idec q̄ sic; vt sunt dō-
mini terrarū; quibz distribuitur redditus sui do-
minij vt subditos suos defendant. **S**imiliter ca-
pitanei et stipendiarii salariati qui in isto bello sup-
os nō defendunt; t̄ qui etiam ex officio suo tenētū
pupillos et viduas tueri. **D**edici etiam nō solum
corporum sed animarū; vt confessores ignari. et ul-
tro se offerentes ad tale officium. **N**otarii etiā ob-
quorum negligentia cause multotiens amittunt
et iura. **J**udices quoq; et assessores pferentes iniu-
stas sententias ex ignorantia; vel incuria studendi.
Adūocati etiā et procuratores q̄ ex defectu suo cau-
sas amittunt. **M**aute quoq; architectores et omes
bis similes quos notabilis ignorantia siue scietie
sine artis siue nō excusat, arg. ad hoc extra de iniu-
stijs. c. si culpa. **I**ntellige predicta de medicis, inci-
cibus, assessoribz, procuratoribz et alijs qui locant se
p̄ medico. iudice. adūocato et huiusmodi. **S**ecus
si se ad huiusmodi nō locant. **L**t qui eos vocaret
ad predicta officia; liez constaret ei de eorum impe-
ritia; et ipi promitterent se facturos quod possent;
vel ex quadam pietate consulunt requisiti iuxta qd̄
melius sciunt; tunc non tenētur nisi de dolo et la-
ta culpa; et ei qui tales elegit imputef. vide s. **A**d-
ūocatus. er. c. **D**edicus. **E**l predicta facit tex. sin-
gularis cum glo. in. c. administratores. xxij. q. v.
vbi habet q̄ officiales et alijs administratores qui
negligunt facere iusticiam et defendere oppresos,
ecclesiasticos. viduas et pupillos sunt ipo iure ex-
communicati post triā monitionē. nec possunt ab
solui. nisi p̄us de damno satisfaciat. **P**redictis co-
cordat san. **B**ernardinus.

Diximus ille cui princeps ciuitatis vel commune
omilit ut imponat collecta ciuibus, tamē q̄ quos-
dam ibi habet amicos eos generaliter nō grauat
ynde et oportet alios plus grauare. **A**n teneatur
satisfacere. **R**indetur q̄ sic: nam tenetur ad omne
dāmū ex hoc eis illatum quos si inuenire nō po-
terit tantūdem pauperibus erogabit, quib⁹ etiāz
tenetur erogare munera siq̄e a dict⁹ amicis suis
acceptit. **I**dem Ponat, in tractatu restitutionuz;
Addens q̄ si collecta est antiq̄ debita; et eam im-
ponens se alleuiat; intantū tenet dñs vel comu-
nitati. **S**i vno amicū alleuiavit, tūc tenet etiā domi-
no vel comuni; nū pūs amic⁹ restituerit. **F**i aut̄
ē collecta de nouo iniuste imposita a domino, pu-
ta ad p̄iam vtilitatem, tunc domino obedire non
debet cōtra p̄iam consciētiam in collecta iniusta
et si aliquē grauat illi deber restituere. **E**t finiura
exactores tributorū et collectarū qui aliquid etiam
tenent de eo qđ exigunt tenetur ad duplum; vt ē
tex. in l. missi oppinatores. **C**de exact. tri. l. x. **E**t
tenetur furti si plus debito exigunt sub terrore et
p̄eminētia dignitatis. etiam p̄ alimētis suis et fa-
milie vel equorum. l. ii. **C**. de lucris aduo. **E**t fini-
do. **A**n. de bu. in. c. ij. de imu. eccl. collecta regula
riter illicita est: vt. l. hac edicitali. **S**. illicitas. de pa-
iura fir. vide s. **P**aulegiū.

TQuid de his qui sine vite sue piculo vel sui statu: vel aliquo alio discriminine possunt tradicendo.

Restitutio.iii.

prohibere iniuriam a primo suo: et non prohibent sed tacendo permittunt? Rūdet sacerdote Bernardinus qd si tales ex officio suo contradicere et prohibere tenentur: et ex aliquo timore non excusabili vel pusillanimitate tacent tenetur de toto damno: qd ab aliis illatum est. Exempli gratia: si in consilio cōmunitatis vbi de imponendis collectis clericis tractatur: consiliarius ibi existens: ex officio teneatur contradicere et non contradicit. Multo magis si propter aliquod lucrum bursale in talibus taceret: in totum satifacere obligatur. Hoc intellige si non fuisse tale damnum: si contradixisset: secus si omnino securum fuisse: nam tunc in nullo tenetur. Qui vo ex officio non tenetur et talia videt: si non contradicit cum sine suo piculo possit: peccat mortaliter: tamen restituere non tenetur. Et facit regulam generalem que facit ad multa infra dicenda i furtis vel rapinis vel ad quecumq; alia: qd qui ex officio non tenetur obuiare damno inferendo: primo cum tamen possit obuiare etiam sine periculo vite sue: et tamen maliciose non obuiat: licet peccet mortaliter: non tamen tenetur ad restitutionem. Fm docto. Secundo obligant similiter qui cōsentunt: videlicet quando sine tali cōsensu: talis damnificatio secuta non esset. Fm Inno. et Hosti. Intellige vbi cooperationis effectus in opere demonstratur. Idem dicendum fm Ray. quando datum tuo nomine illatum: ratum habes. xij. q. iii. qui consentit. Et fm Sc. talis cōsensus interpretarius dicitur. Addit tamen Sc. qd habens ex officio obuiare damno proximi: et non obuiat ex aliqua causa rationabili: puta quia vergit in dampnum reipublice: vel in periculum proprie persone vel huiusmodi: non peccat mortaliter: nec tenet satisfacere in aliquo.

Quid de officijs vel dignitatibus secularibus si appetantur et petantur et procurent per preces et obsequia: vt officia potestatis: senatoris: capitani vexilliferi et huiusmodi: nūquid est peccatum? Respondet fm Archi. flo. si quis huiusmodi querat vel petat magis sollicitus de honore et lucro qd de iusticia conservanda: vnde et paratus seruire amicis i lictis et illicitis et lucrari per phas et nephas et deniare a iure: ne dispiceat illis: nec punire criminavit debet: peccat mortaliter. Similiter si ignorat ea que spectant ad executionem debitam sui officij: nec curat inuari per aliuz: vt per assessorem: vel si est paratus se intromittere de his ad quae sua protestas non se extendit: quis ibi conlueuerit fieri: puta si laic velit de clericis iudicare vel de ecclesiasticis disponere quod ei prohibetur. Si autem intendit in omnibus seruire et administrare iusticiam in agendis saltenti per practicaz: competenter eductus et in dubijs intendit cōsilia querere. Illa tamē querit propter honorem mudi ne despiciabilis habeat: non participando officia ciuitatis: vt ceteri vel vt inde lucrum consequat quo se et suam familiam valeat sustentare: et hoc per salariuz deputatum et alia consueta: vt de penis pecuniaris sed de litigis nihil extorquendo a subditis vltra cōstatutum: scz apportione lignoram et virtualium et

huiusmodi humana temptatio est: non est condēnandus. Et multonunus cum ista querit ne pruuat bis conciletur a ceteris et imponant ei onera grauia. Si quis autem hoc ficeret ad obuiandum malis zelo iusticie deum nō homines times quis est hic et laudabimus eum? Comendandus esset.

Quid de vendentibus officia publica et dignitates. Rūdeo qd tenentur ad restitutionem pecunie: non illis qui dederunt sed pauperibus: cum gratis ea cōmittere deberent. Et fm Monal. tenentur domini qui dicta officia vendiderunt ad interesse illis qui per huiusmodi preposituros taliter sunt expoliati. Et taliter ementes debent grāuter puniri edicto legis iulie. d' ambitu. vel. l. vni. ce. ff. ad. l. iulii. ambitus. et insti. de publi. iudic. Sunt preterea s. in. Laureis. et sunt infames. Baretus antem Tho. in quadam epistola ad ducissaz brabantie querentem ab eo. utrum liceret ei vendere officia temporalia. Respondeo qd sic. di. cum autem baluimis et officialibus vestris nihil cōmittatis nisi temporalis officij potestatem non video quare non liceat vobis vendere officia. dñi tamen talibus vendatis d' quibus possit presumi: qd sint viles ad huiusmodi officia exercenda: et non tanto precio vendatur officiū: vt recuperare non possint sine grauamine subditorum. Sed tamen talis venditio omnino expediens non videtur: quia frequenter contingit qd illi qui essent magis idonei ad huiusmodi officia sunt pauperes: vt officia emere non possint. quinetiam si tales diuites sint tamē quia boni sunt non ambiant officia. nec inhabitant ad lucra. Et sic quia vt plurimuzilli officia emant qui sunt peiores et subditos opprimentes magis expediens videtur: vt bonos et idoneos ad officia vestra eligatis tc. hec Tho. Nam tamē est qd dicta officia regiminis vendi strictissime prohibentur et taliter assumpti nihil debent pro huiusmodi officijs dare. maxime bodiernis temporibus. et experientia teste quasi infinita mala et extorsiones a subditis proueniant ex huiusmodi venditiōibus officiō.

